

Moniales non esse alligandas, vt nulli quam suo (vt vocāt)
patri aut præposito confiteantur. Cap. VIII.

Sint præterea in monasterijs virginum, præsertim præter Abbates aut præpositos, alij conscientiarum examinatores ac a confessionibus. Aut saltem virginibus liberum sit, bis aut ter in anno alijs (quos elegerint) probis ac doctis viris, de suorum superiorum (vt vocant) consensu, (quem hi interpellati, rationabili causa intellecta, nequaquam negabunt) conscientias suas ex mologesi exponere, exonerareq; ne scilicet adigatur monialis renitens, semper vni homini delicta confiteri. Debent autem hi qui eiusmodi munere in monasterijs monialium funguntur, esse homines vitæ probatissimæ ac morum quammaxime inculpatorum, eruditi ac singularis iudicii, obseruaturi ea quæ supra, vbi de pœnitentiæ sacramento tractatum est, delibauimus. Cauebit autem is in primis, criminum non confessorum rememoratio nem, ne virgines discant quæ prius nescierunt. Cauebit præterea, nisi res omnino exegerit duritiem increpationis, magis intentus ad modestissime arguendum & pietissime vicissim consolandum. Confessiones autem monialium non priuatim audiet, sed in cæterarum conspectu, non tantum vt omne malum, sed & omnis mali suspitio omnino cesset.

Mutatam esse paulatim faciem monasteriorum, ac vsurpari
hospitij ius simul cū accessu moderandū. Cap. IX.

Monasteria olim virtutū scholæ ac pauperum hospitalia erāt, nūc prohi dolor, videmus ea quæ viroꝝ sunt e scholis virtutū in diuersoria militum ac raptorū, quæ vero mulierū sunt, in plerisque locis in suspectas de incontinētia domos (ne quid grauius dicamus) esse cōmutata. Quamobrem dispiciendū nobis est, ne tam passim a quibusuis militibus hospitij ius a monasterijs vi exigatur & eleemosynæ pauperibus deputatæ, improboꝝ luxu deuorentur, neve ad monasteria virginū accessus, toties a sacris canonibus prohibitus, pateat. Et vt qui deprehēsi præter hæc fuerint offendiculū aut occa sionē illis labēdi, siue intra siue extra monasteria dedisse, dignas pœnas ferāt.

c. 1. de emu.
eccles.

c. Monaste-
ria, de vit. &
hone, cle.

Visitatio monasteriorum necessaria. Cap. X.

Visitatio ergo monasteriorum quammaxime opus esse intelligimus, quam & canones nobis imponunt. In hac vero oportebit omnia ad regulam ordinis monastici exigere, nihil non ad pietatem & vitæ sanctimoniam dirigere, & quicquid mali exempli aut improbæ consuetudinis irrep sit, penitus tollere ac eradicare. Profecerit quoque hic examinari regulas, statuta, & consuetudines, tolli superstitiosa.

c. in singulis
§. Porro di-
ocesium, de
statu mona.

Sumptuosi monialium Præpositi abrogandi, & frugales
æconomi constituendi. Cap. XI.

H iij Habē